Atque ex his conclusionibus quas supra scripsi prior quartus, posterior
quintus a dialecticis modus appellatur. Deinde addunt con
iunctionum negantiam sic. Non et hoc et illud. hoc autem; non igi
tur illud; hic modus est sextus. Septimus autem. non et hoc et illud;
Non autem hoc; Illud igitur; Ex his modis conclusiones innumerabi
les nascuntur, In quo est tota fere dialectica. Sed ne haec quidem
quas exposui adhanc institutione necessarie. Proximus est
locus efficientium rerum. quae causae appellantur. Deinde re
rum effectarum ab efficientibus causis. Harum exempla ut re
liquorum locorum paulo ante posui. equidem ex iure ciuili. sed haec
patent latius; Causarum enim genera duo sunt; Vnum quod ui sua
id quod sub ea ui subiectum est certe efficit. Vt ignis accendit. Alterum.
quod naturam efficiendi habet. et sine quo effici non possit. ut si quis
aes causam statuae uelit dicere quod sine eo non possit effici; hu
ius generis causarum sine quo non efficitur. Alia sunt qui
eta. nihil agentia. stolida quodam modo. Vt locus tempus. materia.
ferramenta et cetera generis eiusdem. Alia autem precursione quandam
adhibent ad efficiendum et quaedam afferunt per se adiuuantia et
si non necessaria. ut amori congressio causam attullerat.
amor flagitio. Ex hoc genere causarum ex aeternitate pen
dentium factum a stoicis nectitur. atque ut earum causarum sine
quibus effici non potest genera diuisi. sic etiam effici entium di
uidi possunt. Sunt enim aliae causae quae plane efficiant. nulla
re adiuuante. Aliae quae adiuuari uelint. ut sapientia efficit
sapientes sola per se. beatos efficiat nec ne sola per sese. quaestio est. Quare
cum in disputatione inciderit causa efficiens aliquid necessario sine
dubitatione licebit quod efficitur ab ea causa concludere. Cum autem erit talis causa
ut in ea non sit efficiendi necessitas necessaria conclusio non sequitur. Atque illud quidem

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 1_7r – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50576)